IL MONITORE ECCLESIASTICO
Anno LX - Serie V - Vol. VII - Fascicolo X - Ottobre 1935

ATTI DELLA APOSTOLICA SEDE

(« A. A. S. », XXVII, 20 agosto e 2 settembre 1935, nn. 9 e 10)

ATTI DEL SOMMO PONTEFICE PIO XI

Lettere decretali. — *Geminata laetitia*, per la santificazione del B. Giovanni Bosco. 1 aprile 1934, (« A. A. S. », n. 9, pag. 281).

Costituzioni Apostoliche. — I. *Inter religiosos coetus.* — La Congregazione dei Monaci Camaldolesi è unita alla Congregazione degli Eremiti Camaldolesi di Toscana. 2 luglio 1935. (« A. A. S. », n. 9, pag. 296).

II. *Assamensis.* – La Pref. Ap. omonima è eretta in diocesi *Scillongen.* 9 luglio 1934. (« A. A. S. », n. 10, pag. 321).

III. *Nigeriae Meridionalis.* — Il Vicar. Ap. omonimo viene diviso ed erette le due nuove Prefetture di Benne e di Calabar col resto si forma il Vicar. Ap. di Onithsa Owerro. 9 luglio 1934 (« A. A. S. », n. 10, pag. 323).

IV. *Natalensis.* — Dismembrata la diocesi omonima in Brasile, viene eretta la nuova diocesi *Mosorrensis.* 21 luglio 1934. (« A. A. S. », n. 10, pag. 325).

Lettere Apostoliche. — I. *Litteris Apost. Nostris*, per definire i confini tra le diocesi Madraspolitana e Pondicherien. 21 marzo 1932. (« A. A. S. », n. 9, pag. 298).

II. *Seintensi in monte*, per annoverare tra le basiliche minori il santuario della B. M. V. del Monte Sion, dioc. di Nancy. 25 giugno 1933. (« A. A. S. », n. 10, pag. 328).

III. *Sacras inter aedes*, per elevare a basilica minore la chiesa collegiata dei Ss. Pietro e Paolo Ap. nella dioc. Jacien. 14 luglio 1933. (« A. A. S. », n. 10, pag. 330).

IV. *Paterna caritas*, che dichiara la B. M. V. del Perpetuo Soccorso Patrona della diocesi di Maitland. 29 luglio 1934 (« A. A. S. », n. 10, pag. 331).

Lettere. — I. All'E.mo Card. Mac Rory, Arciv. di Armagh, mandato come Legato al Congr. eucaristico austrialiano di Melburne. 28 ottobre 1934. (« A. A. S. », n. 9, pag. 299).

II. Agli E.mi Card. Kakowski e Hlond ed agli altri Arcivescovi e Vescovi polacchi, in occasione del Sinodo plenario. 1 novembre 1934 (« A. A. S. », n. 10, pag. 301).

III. All'E.mo Card. Ascalesi, Arciv. di Napoli, per il XXV di episcopato e il X anniversario di regime della Chiesa napolitana. 21 novembre 1934. (« A. A. S. », n. 10, pag. 302).

ATTI DELLE SACRE CONGREGAZIONI

S. Congr. del S. Offizio. – Condanna di libri (v. infra, pag. 290).

S. Congr. Concistoriale. – Provvista di chiese.

S. Congr. per la Chiesa Orientale. – I. Provvista di chiese. – II. Notificazione (v. infra, pag. 291). – III. Instruzione (v. infra, pagina 293).

S. Congr. del Concilio. — Ratisbonen. (v. infra, pag. 300).

S. Congr. di Propaganda Fide. — I. Provvista di Chiese. – II. Nomine. – III. Designazioni (« A. A. S. », n. 9, pag. 308 seg.).

S. Congregazione dei Riti. — I. Decreto (v. infra, pag. 303). – II. *Bonaëren.*, decreto. « Ita constare de martyrio et causa martyrii Venerabilium Servorum Dei Rochi Gonzales de Santa Cruz, Alfonso Rodriguez et Joannis del Castillo et indulta benigna dispensatione super signis seu miraculis pro Venerabile Ioanne del Castillo et, quatenus opus sit, pro aliis duobus, ad ulteriora procedi possit ». 3 dicembre 1933. (« A. A. S. », n. 9, pag. 325). – III. *Massilien.*, decreto: « Ita constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate, tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servae Dei Aemiliae de Vialar in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur, ut ad ulteriora procedi queat ». 19 marzo 1935. (« A. A. S. », n. 10, pag. 344).

Suprema Sacra Congregazione del S. Uffizio.

I.

CONDANNA UN LIBRO DI D'ANNUNZIO.

Decretum. (« A. A. S. », 20 agosto 1935, vol. XXVII, pag. 304). — *Feria IV, die 3 Iulii 1935.* In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, E.mi ac Rev.mi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, praehabito debito examine, damnarunt et in indicem librorum prohibitorum absque ulla mora inserendum mandarunt opus, typis Arnoldi Mondadori recenter editum (MDCCCCXXXV), cui titulus:

ANGELO COCLES, *Cento e cento e cento e cento pagine del Libro Segreto di Gabriele D'Annunzio tentato di morire.*

in quo « gareggia la sfrontatezza della immoralità con affermazioni di errori spesso empi e blasfemi ».

Et sequenti Feria V, die 4 eiusdem mensis et anni, Ss.mus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Exc.mo ac Rev.mo Domino Adsessori Sancti Officii concessa, relatam Sibi Em.orum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 5 Iulii 1935.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

II.

Condanna un libro di Rosemberg.

Decretum. — *Feria IV, die 17 Iulii 1935.* In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, E.mi ac Rev.mi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi damnarunt et in indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt novum librum, recenter editum, qui inscribitur:

Alfred Rosenberg, *An die Dunkelmänner unserer Zeit. Eine Antwort auf die Angriffe gegen den « Mythus des 20. Jahrunderts ».* Hoheneichen Verlag München.

Et sequenti Feria V, die 18 eiusdem mensis et anni, Ss.mus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI in solita audientia Exc.mo ac Rev.mo Domino Adsessori Sancti Officii concessa, relatam Sibi Em.orum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 19 Iulii 1935.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.

Notificatio. (« A. A. S. », 20 agosto 1935, vol. XXVII, pag. 306). — *De constituenda Pontificia Commissione ad redigendum « Codicem iuris canonici orientalis ».* Augustus Pontifex, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum Orientalium vota benigne excipiens, ut singulis eorum Ecclesiis per canonicam codificationem provideretur, anno 1929 (1) haec statuere dignatus est: 1) ut studia historico-canonica, quae *praeparatoria* vocantur, de legibus et consuetudinibus singularum Ecclesiarum a sacerdotibus, quos Exc.mi Episcopi Romam mittendos elegerint, conficerentur; 2) ut canonum schemata a praedictis sacerdotibus delegatis redacta ad Exc.mos Ordinarios mitterentur, ut de iisdem animadversiones facere possint; 3) ut iuridici singularum Eccle-

(1) « A. A. S. », vol. XXI, p. 669.

siarum fontes, canonici praesertim, exquirerentur atque in lucem, curâ virorum scientiâ iuris canonici et historiâ peritorum, ederentur. Memoratis studiis praeparatoriis Sanctitas Sua eodem anno Commissionem Cardinalitiam praeposuit, cui usque ad diem 18 Novembris elapsi anni desideratissimus praefuit Card. Petrus Gasparri.

Quum autem delegati sacerdotes opus sibi concreditum hisce diebus naviter et fideliter absolverint, atque Exc.mi Ordinarii Orientales de schematibus canonum suas dederint animadversiones; quumque fontium a praedictis sacerdotibus relatorum plures libri circa Sedis Apostolicae decreta et disciplinas Ecclesiarum Orientalium in lucem editi (Aethiopicae, Armenae, Chaldaicae, Copticae, Maronitae, Melkitae, Rumenae, Ruthenae et Syrae) et alii edendi sint, Sanctitas Sua ad redactionem « Codicis iuris canonici orientalis » procedendum censuit, atque huic operi moderando Commissionem pontificiam constituit.

Huius Commissionis est animadversiones et vota quae de canonum praedictis schematibus R.mi Ordinarii significaverint perpendere; textum canonum determinare; et redactionem Codicis moderari. Quum autem condendus Codex, non solum ad leges sed etiam ad redactionis rationem quod attinet, populorum ad quorum regimen destinatur referre debeat indolem: aequum Ss.mo visum est decernere ut E.mi Patres, in praedicto Codice redigendo, opera Consultorum ex Orientalibus clericis praecipue assumptorum utantur.

Praecipit insuper Sanctitas Sua ut singuli tituli vel libri quos, moderante E.mo Praeside, Consultores redegerint, ad Ordinarios Orientales Patriarchas, Archiepiscopos et Episcopos, exquirendi eorumdem voti gratiâ ad unam quod attinet redactionis rationem, mittantur.

Commissionem Pontificiam constituunt qui sequuntur:

Em.us Card. Aloysius Sincero, *Praeses*.
Em.us Card. Eugenius Pacelli.
Em.us Card. Iulius Serafini.
Em.us Card. Petrus Fumasoni-Biondi.

A Secretis:

Rm.us P. Acacius Coussa, B. A.

Consultores:

Exc.mus P. D. Franciscus Agagianian, Episcopus tit. Comanensis in Armenia.
Rm.us D. Franciscus Gozman.
Rm.us D. Ioannes Balan.
Rm.us D. Petrus Dib.

Rm.us D. Petrus Sfair.
Rm.us D. Cyrillus Korolevskij.
Rm.us D. Paulus Hindo.
Rm.us P. Garabed Amaduni, e Mechit. Venet.
Rm.us P. Ioseph Zajackivskyj, O. S. B. M.
Rm.us P. Romualdus Souarn, A. A.
Rm.us P. Arcadius Larraona, C. M. F.
Rm.us P. Hippolytus a Sancta Familia, O. C. D.
Rm.us P. Aemilius Herman, S. I.

Commissionis sedes est apud S. Congregationem pro Ecclesia Orientali, Borgo Nuovo 76, Roma (113).

Die 17 Iulii, anni 1935.

NOTA. — Questa notizia ci riempie veramente di gioia; la tirannia dello spazio non ci consente di dire di più. Le nostre precedenti note dicevano felicemente il nostro presentimento, e par ci si sproni a continuarle, ciò che faremo come meglio potremo, secondo la disponibilità delle nostre pagine. Trattazione più ampia daremo sulla « Rassegna di Morale e Diritto ».

Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.

I

Decretum. («A. A. S.», 2 sett. 1935. vol. XXVII, pag. 333 e seg.). — *Instructio ad conficiendos processus super matrimonio rato et non consummato.* Quo facilius Rev.mi Ordinarii Orientalium Rituum conficere possint processus super matrimonio rato et non consummato, necessarium Sacrae huic Congregationi pro Ecclesia Orientali visum est, pro hisce processibus normas praescribere, quas praefati Rev.mi Ordinarii observare teneantur.

Praesentem igitur instructionem ab E.mis ac Rev.mis Patribus Cardinalibus huius S. Congregationis, in plenariis comitiis diei 3 Iunii v. a. recognitam, Ss.mus D. N. Pius Div. Prov. Pp. XI, in Audientia diei 10 Iunii 1935 infrascripto Adsessori concessa, dignatus est adprobare atque iussit publici iuris fieri in Commentario officiali, quod « Acta Apostolicae Sedis » inscribitur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 10 Iunii, anno 1935.

A. Card. SINCERO, Episcopus Praenestinus, *a Secretis.*

L. ✠ S. I. Cesarini, *Adsessor.*

NORMAE

I. — *De processu super matrimonio rato et non consummato.*

1. Cum uni Romano Pontifici sit divinitus commissa potestas, dispensandi super matrimonio rato et non consummato, supplex libellus ad dispensationem obtinendam semper Romano Pontifici erit inscribendus, et ad S. C. pro Ecclesia Orientali transmittendus.

Soli autem coniuges ius habent petendi hanc dispensationem, sive uterque, sive alteruter, altero etiam invito.

2. Supplex libellus continere debet plenam et accuratam totius facti speciem et causas omnes ad obtinendam dispensationem, appositis etiam die, mense, et anno, nec non eparchia in qua orator vel oratores commorantur, et ab oratore vel oratoribus, si fieri potest, subscribi debet.

3. Libellus transmittatur per proprium loci Ordinarium. Ordinarius autem ante omnia curet ut partes inter se reconcilientur, et notitias necessarias et opportunas addat tum de reconciliationis conatu, tum de authenticitate libelli, personis, rebus et factorum adiunctis.

4. Nulli processui super rato et non consummato initium detur, nisi prius obtenta fuerit facultas a Sede Apostolica. Attamen si iudex competens auctoritate propria processum inceperit super matrimonii nullitate ex quocumque capite et ex eo incidenter emerserit matrimonium non fuisse consummatum, processum instruat quoque super matrimonii inconsummatione et super causis dispensationis. Hoc servandum erit praesertim in processibus nullitatis ex capite impotentiae. Expleto vero processu, si matrimonii nullitas non evincatur, acta omnia a loci Ordinario ad S. Congregationem pro dispensatione, si opus sit, impetranda super rato et non consummato mittantur una cum unius vel utriusque coniugis supplici libello.

5. Obtenta vero a Sede Apostolica facultate, Ordinarius, decreto in scriptis dato, in actis asservando, constituat in causa moderatorem actorum seu iudicem instructorem et defensorem vinculi, qui sint sacerdotes scientia et prudentia praediti, necnon actuarium.

Ordinarius potest per se moderatoris actorum munere fungi.

6. Unicus sit moderator actorum seu iudex instructor in inquisitione pro dispensatione super rato et non consummato. Moderator vero actorum, quod attinet ad partium et testium citationem et examen, documentorum visionem vel personarum physicam inspectionem, decretorum intimationem aliaque huiusmodi, ius habet, iuxta suetas normas, in auxilium vocandi, per litteras rogatorias, alias Curias.

7. Moderator actorum, nisi sit ipsemet Ordinarius, defensor vinculi et actuarius de munere fideliter explendo, ac de secreto servando iuramentum praestent, de quo mentio fiat in actis.

II. — *De examine coniugum et testium credibilitatis.*

8. Antequam coniuges et testes examinentur, moderator actorum et vinculi defensor – actuario id in scriptis consignante – de identitate personarum explorent, deinde eos praemoneant de gravi obligatione veritatis dicendae, et speciatim eos edoceant dispensationem dolo, vel fraude contra rei veritatem forte obtentam, minime in foro conscientiae coniugibus esse suffragaturam.

9. Coniuges et testes debent singuli praestare iuramentum de veritate dicenda et de secreto servando super interrogationibus et responsionibus. Moderator actorum, modo efficaciori quo fieri possit iuxta personarum conditionem, explicet sanctitatem iuramenti praesertim quoad veritatem dicendam. De hac monitione, uti de iuramenti praestatione, mentio fieri debet in actis.

10. Coniuges examinentur:

de iis quae matrimonium praecesserunt; utrum liberi an coacti et quas ob rationes in matrimonium consenserint;

qua definita die, ubi et coram quibus matrimonium celebraverint;

an commune vitae consortium statim instauraverint; per quodnam temporis spatium pacifice cohabitaverint et quando animorum aversio facta fuerit; quo denique definito tempore abrupta fuerit vita coniugalis;

an sciant in quo matrimonii consummatio consistat; et utrum matrimonium consummatum fuerit nec ne et quanam de causa.

num copula coniugalis saltem tentata fuerit, et, si forte imperfecta, id honeste explicent;

num adhibuerint fraudes contra completam copulam coniugalem vel contra generationem prolis, et explicent quibus mediis.

Interrogentur praesertim: *a*) si, quando et quibus patefecerint matrimonium non fuisse consummatum;

b) quando et a quibus didicerint matrimonium ratum et non consummatum dispensari posse a Romano Pontifice;

c) a quo tempore consilium inierint de hac dispensatione petenda.

Demum interrogentur super causis pro impetranda dispensatione allatis.

Si coniuges in suis depositionibus nimis inter se conveniant, inquirant prudenter, tum iudex tum defensor vinculi, an adsit collusio; si vero in substantialibus vel in rerum adiunctis magni momenti coniuges discrepent, iterum ad examen vocentur et super discrepantia interrogentur, adhibita etiam, si casus ferat, contestatione inter personas ipsas, ut veritas eruatur.

Antequam coniugum examen absolvatur, moderator actorum eos adhortetur ad vitam coniugalem restaurandam, de qua re mentio fiat in actis.

11. Si reconciliari renuant, tunc moderator actorum utrique coniugi iniungat ut quisque pro sua parte *tres saltem* inducat testes, ad normam sacrorum canonum idoneos et omni exceptione maiores sanguine aut affinitate sibi coniunctos, sin minus vicinos bonae famae aut alioquin de re edoctos, qui iurare possint de ipsorum coniugum probitate et praesertim de eorum veracitate circa rem in controversiam deductam.

12. Testes credibilitatis, praeter ea quae generalia sunt, interrogentur praecipue circa ipsorum coniugum probitatem, vitae honestatem, praeceptorum Ecclesiae observantiam, sacramentorum frequentiam; circa famam qua gaudent, eorumque veracitatem atque, in specie, si coniugibus, inconsummationem matrimonii sub iuramento affirmantibus, fides adhibenda sit.

His testibus moderator actorum ex sese, aut ad instantiam defensoris vinculi potest adiungere alios credibilitatis testes, qui vocantur *ex officio*; immo debet, quatenus fieri poterit, si quacumque de causa testes adductos insufficientes existimaverit.

Testimonium credibilitatis robur addit depositionibus coniugum; sed vim plenae probationis non obtinet, nisi aliis argumentis et adminiculis fulciatur, praesertim depositionibus testium de scientia accepta, et inspectione corporali.

III. — *Examen testium de scientia accepta.*

13. Posita affirmatione fide digna coniugum de non consummatione, sedulo indagandum erit utrum coniuges tempore non suspecto patefecerint matrimonii inconsummationem et quidem in iis rerum adiunctis, ut hae declarationes nullam aliam causam habere potuerint quam veritatem facti inconsummationis.

Quare praeter testes credibilitatis, a coniugibus inducantur quoque idonei testes de rei veritate edocti, qui appellantur *testes de scientia accepta.*

14. Diligenter igitur moderator actorum tum a testibus credibilitatis tum a testibus de scientia accepta inquirat super iis quae praecesserunt aut sequuta sunt matrimonii celebrationem, quaenam causam dederint discordiae coniugum, si et quas a coniugibus aut ab aliis acceperint notitias circa inconsummationem, quanam causa, quibus verbis patefactae fuerint, et ob quem finem; praesertim vero inquirat *quonam definito tempore* id audiverint:

a) utrum tempore quo vita coniugalis adhuc pacifice ducebatur;

b) an quando iam ortae erant discordiae et vita coniugalis abrupta;

c) an vero postquam fuerit inceptus fortasse processus quem vocant civilem ad divortium obtinendum; aut postquam captum fuerit consilium dispensationem impetrandi et processus canonicus introductus fuerit.

De his temporum adiunctis sedulo ratio habeatur in interrogationibus faciendis, ut erui possit, cum morali certitudine, num tempore non suspecto tales declarationes factae fuerint.

15. His testibus moderator actorum ex sese, vel ad instantiam defensoris vinculi, alios testes de scientia accepta a coniugibus vel ab aliis, potest ex officio adiungere immo debet, quatenus fieri potest, si id necessarium aut opportunum existimaverit.

IV. — *De inspectione corporali.*

16. Inspectio corporalis utriusque coniugis vel – nisi ex adiunctis evidenter inutilis appareat – saltem mulieris, fieri debet ad normam iuris.

Ad inspiciendum virum, duo periti medici ex officio deputari debent.

Ad mulierem vero inspiciendam duae obstetrices, in arte et praxi peritiores ac bonae famae, ex officio designentur, nisi maluerit mulier a duobus medicis ex officio pariter designandis inspici, vel id Ordinarius necessarium habuerit.

Corporalis mulieris inspectio fieri debet, servatis plene christianae modestiae regulis et adstante semper honesta matrona ex officio designanda.

Mulieris inspectionem obstetrices vel periti, seorsum singuli, exsequi debent.

17. Omnes ex officio deputati iuramentum praestent de munere fideliter, omnique eum diligentia implendo et de iudicio proferendo absque ullo partium studio, itemque de secreto servando.

Praeter alia autem deputati ad mulieris inspectionem prae oculis habeant quae a gravioribus et prudentioribus in medicina doctoribus traduntur circa signa certa vel dubia integritatis, praesertim de hymenis varietatibus et de mediis ad praecavendas fraudes, simulandae integritatis gratia, forte adhibitas.

In viri autem inspectione periti monendi erunt ut artis praesidiis utantur licitis et honestis atque referant, iuxta probata medicinae legalis praecepta, indicia et argumenta non tantum quoad impotentiam, sed etiam circa inconsummationem, attentis adiunctis in casu.

18. Singuli medici vel obstetrices singulas relationes conficiant, intra terminum a iudice definitum, tribunali tradendas.

Peracta autem relatione, periti, obstetrices, ac ultimo, matrona, seorsum singuli iuramento praestito, ab actorum moderatore interro-

gentur, secundum articulos a vinculi defensore, inspectis diligenter supradictis relationibus concinnatos.

Periti debent indicare perspicue qua via et ratione processerint in explendo munere sibi demandato et quibus potissimum argumentis sententia ab ipsis prolata nitatur, ita ut Sedes Apostolica iudicium sibi efformare possit, non tantum ex conclusionibus peritorum sed etiam ex elementis et descriptionibus relatis.

V. — *De officio Moderatoris actorum, Defensoris vinculi et Actuarii.*

19. Moderatoris actorum est curare ut omnia ad normam iuris perficiantur eaque omnia statuere quae aptiora sint ad factorum veritatem eruendam.

20. Officium vero defensoris vinculi est omnibus viribus tueri iura matrimonii, quare semper est citandus in omnibus sessionibus et actibus processus. Ipsius est: examini partium, testium et peritorum *adesse*; exhibere *interrogatoria* clausa et obsignata, in actu examinis ab actorum moderatore aperienda; *novas interrogationes* ab examine emergentes suggerere; documenta a partibus exhibita *recognoscere*.

Ipse proinde poterit, quolibet causae momento, petere ut alii testes inducantur vel iidem iterum examini subiiciantur; proponere novas interrogationes sive circa generalia sive circa particularia matrimonii.

21. Tum moderator actorum tum vinculi defensor curent ut interrogationes non sint complexae sed simplices et clarae ut facile ac plene intelligantur; nec suggestivae aut ita factae ut simplici affirmatione vel negatione iisdem responderi possit; sed ita redigantur et fiant ut, examinatus, clariori modo quo potest, promat et explicet notitias quas habet.

22. Tum moderator actorum, tum defensor vinculi diligenter inquirant *circa probitatem et credibilitatem singulorum in iudicium vocatorum vel vocandorum*, exquirendo ab eorum parochis, sin minus a personis fide dignis, litteras testimoniales in quibus declaretur hanc personam, de qua quaeritur, fidem mereri, idque constare ex positivis honestatis et religiositatis signis; veracitatis vero testimonia singula pro singulis requirantur et non globatim, eaque universa erunt asservanda in actis.

23. Actuarii munus est fideliter et continenter referre in actis examinatorum responsiones, non tantum quoad substantiam rei, sed etiam quoad verba, nisi iudex ex gravi et evidenti ratione, satis habeat ut tantum depositionis substantia referatur; – die, mense et anno interrogatorii vel cuiuslibet actus diligenter semper scripto signatis. – Actuario incumbit obligatio acta fideliter custodiendi, ne cuipiam extraneo pateant.

24. Si ob locorum distantiam aliave incommoda pars vel testis nequeat se conferre ad Curiam, neque moderator actorum, defensor vinculi et actuarius possint locum adire, ubi pars vel testis degat, moderator actorum deleget idoneum sacerdotem, illius loci, et, quoad fieri potest, eiusdem ritus, qui adhibita, pro munere defensoris vinculi, alterius sacerdotis opera, iuxta interrogatoria a vinculi defensore exarata, partem vel testem diligenter excutiat eiusque responsiones, ope actuarii, scripto redigat.

Deficiente idoneo sacerdote qui munus defensoris vinculi obire possit, ipse moderator actorum delegatus eiusdem partes agat, facta de re mentione in actis.

Semper autem requiritur Actuarius, ad quod munus, in casu necessitatis, scandalo et admiratione remotis, assumi potest etiam laicus.

Hi omnes iuramentum praestare debent de munere fideliter implendo et de secreto servando.

25. Pro examine alicuius testis in aliena eparchia vel dioecesi commorantis, moderator actorum transmittat ad loci Ordinarium interrogatoria a defensore vinculi proposita, simulque exponat causae adiuncta ut quaesitae notitiae haberi possint a teste cum sufficienti rerum omnium cognitione.

Pertinet ad Ordinarium loci delegare moderatorem actorum, defensorem vinculi et actuarium pro inquisitione in casu, cum facultatibus, de quibus in numero 24.

VI. — *De conclusione processus.*

26. Processus ne claudatur nisi defensor vinculi declaraverit sibi nihil superesse inquirendum et moderator actorum attente inspexerit ne quid incompletum vel ambiguum vel contradictorium remaneat: quo in casu, audito vinculi defensore, ea supplere satagat citando denuo, si opus sit, partes vel etiam testes.

27. Clauso processu, defensor vinculi suas redigat animadversiones et tum moderator actorum, tum Ordinarius ipse, nisi munere moderatoris fuerit functus, suum votum promant.

28. Deinde omnia acta iudicialia, in authentico exemplari, lingua magis cognita exarato (latina, italica, gallica vel anglica), una cum indice, mittantur ad hanc Sacram Congregationem.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 10 Iunii, anno 1935.

A. Card. Sincero, Episcopus Praenestinus, *a Secretis.*

L. ✠ S. I. Cesarini, *Adsessor.*

II.

Approbatio. *Constitutionum Congregationis Sororum Indigenarum.* — Ss.mus D.nus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, decreto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali diei 1 Iunii a. 1935, Constitutiones Congregationis Sororum Indigenarum ritus Chaldaici et Syriaci, quae « Tertiariae Dominicanae Sanctae Catharinae Senensis » vocantur, definitive approbare dignatus est.

Sacra Congregazione del Concilio.

(« A. A. S. », 2 settembre 1935, vol. XXVII, pag. 341).

Ratisbonen. Iuris nominandi canonicos. Die 4 Martii 1933.

Species facti. — Ratisbonae, in Germania, est Capitulum collegiale ecclesiae B. Mariae V., ad veterem Cappellam nuncupatum, in quo septem extant canonicatus, quorum quinque conditi sunt prioribus saeculis, sextus fundatus fuit a Baronissa Maria Theresia de Stinglheim anno 1766, postremus vero anno 1862 ex bonis familiae Steuer conlatis. Attamen ob sic dictam pecuniae inflationem, recentiores hi duo canonicatus indotati prorsus manserunt, ita ut hodie tantummodo antiquiores quinque canonicatus conferantur. Et quoad eorum collationem spectat, consuetudo iam a pluribus saeculis invaluit ut Capitulo ius alternum esset cum Episcopo novos canonicos nominandi, in sex cuiuslibet anni mensibus paribus vacantes.

Mense vero augusti anno 1931 cum unus ex his quinque canonicatibus vacare contigerit obitu canonici titularis, propter difficultates inter Episcopum et Capitulum inde exortas, quaestio huic S. Concilii Congregationi enodanda delata fuit.

Synopsis disceptationis. — Vi canonis 403 Codicis I. C. consuetudines, quae sint contra liberam collationem beneficiorum in ecclesiis cathedralis et collegialibus, reprobatae sunt, et omne privilegium revocatum est. Firmae tamen remanent fundationis leges et ius praesentandi in Concordatis ad normam canonis 1471 concessum.

Iamvero Capitulum, ad sua iura tuenda relate ad antiquiores quinque canonicatus, invocat antecedentem consuetudinem, et privilegia sibi antea concessa, ultima vice per Concordatum inter Pium VII et Regem Bavariae Maximilianum initum. Sed frustra, nam ipsum Capitulum affirmare cogitur: « Fundationis leges ex istis temporibus non iam existunt ». Si itaque non existunt, nec probari possunt huiusmodi leges, ipsum ius nominationis et electionis peremptum est. Quapropter quoad quinque antiquiores praebendas canonicales, nullum

ius electionis Capitulo collegiali competit propter defectum iuris ex lege fundationis, et electio, vigore canonis 403, ad Episcopum spectat.

Relate vero ad sextum et septimum canonicatum, haec sunt adnotanda. Canonicatus sextus anno 1766 a Baronissa Maria Theresia de Stinglheim fundatus fuit, quae in testamento ita disposuit: « Est voluntas mea, ut . . . Capitulum collegiatum, tanquam haeres meus, praeter numerum hucusque existentium canonicorum, adhuc alium canonicum capitularem *nach treffender Ordnung oder turnum* (scilicet: *iuxta vigentem ordinem vel turnum*) ad veram praebendam in perpetuum instituat, qui sicut ceteri canonici chorum frequentare reliquasque obligationes implere debet ».

Capitulum contendit his verbis fundatricem voluisse eidem ius nominandi seu eligendi ad novum canonicatum conferre; nam ordo tunc vigens erat alternatio nominationis apostolicae in mensibus inaequalibus, et electionis Capituli in mensibus aequalibus, vi Concordati Viennensis diei 17 februarii 1448; per decretum vero reorganisationis diei 17 augusti 1830 Rex Bavariae sibi reservavit nominationem in mensibus papalibus.

Sed verba a Capitulo supra relata tantum se referunt ad servitium capitulare novi canonici, quod fieri debebit « secundum ordinem vel turnum valentem (*vigentem*) », non vero ad modum providendi memoratum canonicatum. Si fundatrix quid speciale decernere voluisset de modo eligendi ad suum canonicatum, id certe expressis verbis enunciavisset, non vero simplici enunciatione « ad ordinem vel turnum valentem »; et eiusdem voluntatem exscripsisset Episcopus in istrumento confirmationis, et de iure eligendi decretum edidisset. Sed tum in testamento, tum in decreto confirmationis Episcopi diei 24 Martii anno 1766, deest quaecumque mentio de methodo observanda circa provisionem canonicatus. Hinc nil mirum si ad novum canonicatum providendum servata fuerit praxis tunc vigens relate ad reliquos canonicatus; imo aliter fieri non poterat. Inde vero excluditur ius electionis Capituli ex lege fundationis.

Ex quibus sequitur sextum canonicatum, de quo in casu, nunc saltem esse liberae collationis.

Septimus autem canonicatus, Steuerensis dictus, fundatus fuit an. 1862 per conversionem cuiusdam beneficii, seu cappellaniae, quod erat iurispatronatus Capituli. Capitulum petiit erectionem novi canonicatus; et huius praebenda constituta fuit fructibus beneficii, quibus Capitulum ex propriis reditibus tantum addidit, quantum necessarium fuit ad sustentandum canonicum pari gradu cum ceteris. Novus autem canonicus omnibus iuribus et oneribus capitularibus, aeque ac ceteri, fruebatur et subiiciebatur.

Canonici, circa electionem seu nominationem ad novum canoni-

catum, haec ab Episcopo petebant « . . . in casibus autem futuris ius collationis tantum poscere volumus, si vacatio in mense Capituli fiet ». Etsi verba incerta videantur, canonici, loco iuris patronatus et praesentationis singulis vicibus, petunt quamdam commutationem, scilicet ius electionis « si vacatio in mense Capituli fiet ». Hoc ius electionis, sic imminutum, non est lex fundationis, quia canonici nec transactionem nec conventionem ineunt, nec compensationem quaerunt pro iure patronatus, sed tantummodo « . . . in casibus futuris ius collationis tantum poscere volumus si vacatio in mense Capituli fiet ». Qui sint autem menses Capituli edocemur textu Concordati inter Pium VII et Regem Bavariae Maximilianum, scilicet: « Rex ad canonicatus in sex mensibus apostolicis sive papalibus nominabit; quoad alios sex menses, in eorum tribus Archiepiscopi et Episcopi, in reliquis vero tribus Capitulum nominabit ». Hoc autem erat ius concordatarium vigens anno 1862. Quid autem intendere potuerint canonici nisi menses canonicales ad normam vigentis Concordati ? Ergo acceptabant, imo poscebant, relate ad novum canonicatum, disciplinam quoad alios iam vigentem, nec ullam peculiarem legem fundationis constituebant. In decreto autem erectionis Episcopus haec habet: « Constituimus praeterea ut iuxta eiusdem Capituli votum, patronatus sui iure in praefatum beneficium suppresso, ius nominandi vel eligendi ad novam hanc canonicalem praebendam . . . ab iisdem personis legitima ratione exerceatur, quibus praedictum ius in reliquas, quae modo existunt, canonicales istius Collegiatae praebendas competere dignoscitur ». Episcopus igitur ante omnia ius patronatus suppressit, deinde, nulla facta mentione compensationis, ius nominandi ad novum canonicatum ad easdem leges determinat, quae pro ceteris praebendis vigent. Hinc clare demonstratur nullum peculiare privilegium Capitulo concedi aut competere, nullam legem fundationis constitui, et rem reduci ad ius concordatarium tunc vigens.

Confirmatur conclusio his quae Rex Bavariae decrevit. Regium enim decretum, nihil habens de Capituli antiquo iure patronatus, statuit: « Ius conferendi canonicatum Steuerensem ad nos pertinet, cum mense papali vacat, ceteris mensibus per electionem canonicam Capituli collegialis confertur ». Statim Episcopus protestatus est, non contra ipsum decretum, sed contra citatum comma, instans ut ius Capituli circumscriberetur ad limites iuris concordatarii tunc vigentis.

Itaque Episcopus non solum non concessit Capitulo ius eligendi ad novum canonicatum, etsi restrictum, uti legem specialem fundationis, sed etiam expresse curavit ne lex fundationis putari posset. Ius ergo Capituli eligendi ad septimum canonicatum eundem exitum sequi debuit quam ius eligendi ad alios canonicatus, et una cum hoc exstinctum est.

Resolutio. — In plenariis autem comitiis, die 4 Martii 1933 habitis, E.mi Patres huius S. Congregationis ad propositum dubium: *Utrum ius nominandi canonicos, sive veteres sive recentiores, competat uni Episcopo; an eidem cum Capitulo in casu*; responderunt: *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

Quam resolutionem, in Audientia diei 8 eiusdem mensis, referente subscripto S. Congregationis Secretario, Ss.mus D.nus Noster Pius Pp. XI approbare et confirmare dignatus est.

I. Bruno, *Secretarius.*

Sacra Congregazione dei Riti.

Decretum. (« A. A. S. » 20 agosto 1935, vol. XXVII, pag. 310). — *De modo servando in examinandis processibus informativis pro signanda Commissione super introductione Causarum Servorum Dei et pro causis confirmationis cultus.* Ob indefectibilem Sanctae Matris Ecclesiae supernaturalem spiritus fecunditatem, accedente magis actuosa Sacrorum Antistitum et Postulatorum laudabili sedulitate pro Causis Servorum Dei provehendis, feliciter nunc contingit, ut iugi quodam incremento huic Sacrae Rituum Congregationi examinandi proponantur informativi, uti dicuntur, processus ab Ordinariis locorum instructi pro novis Servorum Dei Causis introducendis. Quod dum animum recreat simul admonet ut tanti momenti causae, plures equidem numero, in ipso primo earum limine apud hanc Sacram Congregationem, ita diligenti trutina iuxta recepta criteria cribrentur, ut expeditior postea fluat earum cursus, quae dignae pro meritis habeantur.

Porro ea olim extitit hac in re disciplina ex decretis sa. me. Urbani VIII, ut de signanda Commissione super introductione Causae ageretur in Congregatione generali coram Summo Pontifice, una cum Patribus Cardinalibus, simul adstantibus suumque suffragium ferentibus Consultoribus universis. Cui postea regulae, cum ea difficilior applicatu evaderet, ne scilicet aliae gravissimae causae in Congregationibus generalibus tractandae praepedirentur, saepius derogatum est; accedente tamen in singulis casibus pontificia dispensatione ad examen de informativo processu pro causae introductione instituendum in Ordinaria, quae dicitur, Congregatione Patrum Cardinalium, absque Consultorum interventu ac suffragio. (Cfr. Benedicti XIV, *De Serv. Dei Beatif. et de Beat. Canoniz.*, lib. II, cap. 36, n. 5).

Quae demum praxis in can. 2082 Cod. Iuris Canonici recepta est.

Attamen, praesentibus inspectis rerum adiunctis quae supra sunt memorata, opportunum apparet ut, talibus processibus informativis plenius excutiendis, antiquiori disciplinae, congruis adhibitis temperamentis, aliquantulo propius accedatur.

Itaque, firmo manente citato canone de examine processus informativi instituendo in Congregatione Ordinaria, illud tamen addendum simul visum est, ut pro tali examine in dictis Congregationibus peragendo, praeter S. C. Secretarium, Promotorem Generalem Fidei, et Subpromotorem, adsit quoque ea pars Consultorum qui inscribuntur *Officiales Praelati*; iique supradicti omnes suum consultivum votum super dictis causis scripto exaratum legant coram Patribus Cardinalibus, qui postea rem excutient. Quod idem servandum visum est quando in dictis Congregationibus Ordinariis Causae aguntur de Confirmatione vel Extensione cultus.

Quae quidem omnia Ss.mus D. N. Pius Pp. XI, gloriose regnans, in audientia subsignata die ab infrascripto Cardinali S. R. C. Praefecto habita, auctoritatis suae robore constitui voluit atque vigere, eademque praescripta, ad instar normae pro dictis causis, posthac servanda iussit. Qua super re praesens Decretum confici atque edi mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 25 Novembris 1931.

C. Card. Laurenti, *Praefectus.*

L. ✠ S. A. Carinci, *Secretarius.*

ATTI DEI TRIBUNALI

Sacra Penitenzieria Apostolica.

(Ufficio delle indulgenze).

Decretum. («A. A. S.», 20 agosto 1935, vol. XXVII, pag. 315). — *De conditionibus ad lucrandam indulgentiam, quam dicunt, Portiunculae in ecclesia S. Mariae Angelorum apud Asisium.* Haud semel, olim et recenter, quaesitum est a Sacra Paenitentiaria, utrum conditiones ad lucrandam indulgentiam, quam dicunt, Portiunculae (confessio, communio, visitatio ecclesiae ac recitatio, ea durante, orationum *Pater*, *Ave* et *Gloria* ad mentem Summi Pontificis sexies repetita), n. IX Decreti «Ut septimi pleni» diei 10 Iulii 1924 praescriptae, servari debeant etiam in visitatione *Portiunculae* proprii nominis ad S. Mariae Angelorum apud Asisium, contra ibi hucusque receptam traditionem.

Ad quae, omnibus mature perpensis, Sacra Paenitentiaria Apostolica respondet: *Affirmative* et, quod attinet ad recitationem precum, *ad mentem.*

Mens est ut hae preces (sexies *Pater*, *Ave* et *Gloria*) recitari regulariter debeant in ipso Portiunculae sacello; sed si forte aliquando, ob

sacelli ipsius angustiam praesertim in extraordinario visitantium concursu, id absque incommodo servari nequeat, valeant christifideles eas incipere extra ipsum sacellum, prosequi per ipsum transeuntes et absolvere post exitum. Idque toties quoties indulgentiam lucrari exoptent.

Quam quidem resolutionem Sibi relatam Ss.mus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI, in Audentia infrascripto Cardinali Suo Maiori Paenitentiario die 13 vertentis mensis concessa, benigne approbare et confirmare dignatus est ac, quo solet modo, publicandam mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae Ap., die 18 Iulii 1935.

L. Card. Lauri, *Paenitentiarius Maior.*

L. ✠ S. S. Luzio, *Regens.*

NOTE DI DIRITTO CANONICO

Azioni emergenti dal delitto.

Canone 2210, § 1. *Ex delicto oritur:*

1° *Actio poenalis ad poenam declarandam vel infligendam et ad satisfactionem petendam;*

2° *Actio civilis ad reparanda damna, si cui delictum damnum intulerit.*

§ 2. *Utraque actio explicatur ad normam can. 1552. 1959; et idem judex in criminali judicio potest ad instantiam partis laesae civilem actionem ad examen revocare et definire.*

In tanto il delitto diviene oggetto della legge in quanto è lesivo dell'ordine costituito. In due modi però questo avviene: quando il delinquente va direttamente contro il bene pubblico, quando ci va indirettamente, offendendo cioè prima il diritto privato. Nell'un caso e nell'altro la società si difende. Questa difesa può essere esercitata mediante l'*azione* che: « nihil aliud est quam jus persequendi in judicio quod sibi debetur » (cfr. *Instit., De act.* 4, 6). È *civile* qui l'azione quando tende al rifacimento del danno; è *penale* quando tende all'inflizione di una pena. La penale è prevalentemente a difesa del bene della società, la civile del bene dell'individuo: la penale è richiesta per la società dal magistrato (*promotor justitiae*), la civile dal privato: ma anche il privato pel delitto che l'ha offeso, e anche per i delitti che sono contro la società, è facoltizzato a richiedere pene. (Ferrini, *Pandette,* 590). Vedi il canone 1935 (170) e l'esposto al canone 2195, § 1.

(170) Si danno anche le *azioni miste*; si chiede ad un tempo l'applicazione della pena e il risarcimento del danno; ad es.: l'*actio legis Aquiliae.* Vedi gli articoli 23, 26, Cod. It. Proc. Pen. « Quaedam actiones *mixtam* causam obtinere videntur, tam in rem quam in personam; qualis familiae herciscundae... item finium regundorum ». Iustitianus, *Inst.*, IV, 6.

§ 1. *Ex delicto oritur*: 1° *Actio poenalis ad poenam declarandam vel infligendam, et ad satisfactionem petendam.*

L'azione penale porta al giudizio e per esso alla sentenza: è quindi a tenore del canone 2225, che l'*effetto penale* del delitto è per essa ultimamente determinato (1868, § 1) nella convinzione del reo e la sua condanna (171). « Si poena, ivi è detto, declaretur vel infligatur per sententiam judicialem, serventur canonum praescripta circa sententiae judicialis pronuntiationem, ecc. » (can. 2225).

Tre sono gli estremi che secondo il legislatore nostro può raggiungere l'azione penale sorgente dal delitto:

a) *ad poenam declarandam*, e allora la sentenza è *declaratoria* (2223, § 4; 2232, § 2). Per essa, una pena *latae sententiae* è dal giudice, che ha constatato il crimine, dichiarata *incorsa* dal delinquente;

b) *vel infligendam*, qualora si tratti di pena stabilita dalla legge, ma *ferendae sententiae* giusta il canone 2217, § 2, oppure di pena arbitraria secondo il canone 2222, § 1 ecc. da mandare in esecuzione od infliggere, giudizialmente (*sententia condemnatoria*, V, 1931);

c) *et ad satisfactionem petendam*, per quel tanto di punizione che *ad vindictam* dell'ordine giuridico turbato (2215, 2216) non compete solo e principalmente al *promotore di giustizia* di chiedere (1934) ma anche al privato nel suo, altrui, e pubblico interesse; qualche volta anche doverosamente (1935, § 1, § 2) mediante però la denunzia al promotore di giustizia.

Pel diritto romano, l'origine delle azioni penali si trova nell'antico istituto della vendetta privata a cui succedono composizioni volontarie, poi legali. Vedi le XII tavole. Viene poi l'*azione* o accusa legale *privata* o *popolare*, poi l'azione *pubblica*, e fino dal tempo della repubblica con i *questori*, particolarmente. Oltre la citata legge *Aquilia*, è, per l'argomento, a ricordare la legge *Acilia* (Repetundarum) che offre premio a chi *aiuta* il pubblico magistrato, *accusando* i delinquenti. Si fanno azioni penali varie *in jure*, ed *ope Praetoris*: di queste Giustiniano (*Inst.* IV-6, *De act.*, § 12): « Poenales quoque actiones *praetor multas* ex sua jurisdictione introduxit, veluti adversus eum qui quid ex albo ejus corrupisset... item adversus eum, qui vi exemerit eum qui in jus vocaretur, cujusve dolo alius exemerit: *et alias innumerabiles* ». Cfr. Serafini, II, § 110.

Sono gli elementi del sistema *accusatorio* non solo, ma *inquisitorio*, che il foro canonico ha poi variamente adoperato, e adopera, integrandoli anche a vicenda come sistema *misto*. Vedi i citati 1934-35 per l'accusa; il canone 1939 seg. per l'inquisizione; pel terzo sistema gli uni e gli altri (del canone 1947 seg., le norme per la *correzione* del *reo confesso*, per la quale il giudizio provocato dall'*azione* può essere sospeso).

« Id addam, dice il Devoti (172), criminalia judicia in foro exteriori apud Episcopos eodem fere ritu, quem lex Romana constituerat expediri consuevisse ». Vedi anche il Lega che in particolare per l'elemento inquisi-

(171) Pessina, Lucchini, Marchetti, 173.

(172) Devoti, *Inst. Can.* IV, 1, § 5, n. 4.

torio scrive: « Ratio systematis poenalis ecclesiastici, si bene aptatur processui *accusatorio*... in Ecclesia maximam applicationem habuit systema *inquisitivum* praecipue adversus haereticos... opera potissimum *Innocentii III* et *Bonifacii VIII*, ecc. » (*De Iud.*, IV, n. 107).

Per il precedente della forma mista in particolare, è a dire, che essa fu introdotta nelle curie, quasi *silenziosamente*, per l'istruzione della S. Congregazione EE. RR., 11 giugno 1880. Vedi: Rota, *Euqh.* (Torino, Marietti) pars. II (173). Nelle fonti non se ne aveva cenno o forma determinata, come anche risulta passim dagli interpreti. Cfr. c. 46, caus. 2, q. 7 ecc.).

Anche nel foro nostro è conosciuta la distinzione fra i delitti d'azione pubblica e quelli contro cui si procede solamente a querela di parte. Restando fermo il principio che l'*azione criminale* propriamente detta, che promuove cioè il giudizio nella pubblica accusa e lo segue fino alla sentenza, compete al solo promotore di giustizia (can. 1934), per certi delitti questa può aver luogo solo dietro denunzia o querela della parte lesa. Vedi, ad esempio, il canone 1938: cfr. Cod. di Proc. Pen. It., articoli 7-8.

Dal che è messa in evidenza la distinzione che il codice nostro oggi fa tra l'azione criminale unicamente riservata al promotore di giustizia, e la denunzia che, *abolita l'azione* (criminale) *popolare*, resta a ciascuno a termini del citato 1935, come inizio ed esercizio d'azione penale nell'interesse proprio, d'altri, o della collettività. Così anche il Cod. It. di Proc. Pen., art. 1: « L'azione penale è pubblica... e quando non sia necessaria la querela, la richiesta o l'istanza, è iniziata d'ufficio... ecc. ».

Residua l'azione penale alla inflizione della pena; ma, con essa, a qualunque altro provvedimento analogo che la sentenza contenga legittimamente, come mandato del giudice, al fine che la tranquillità dell'ordine sociale turbato dal delitto venga ristabilito. Dice il canone 1873, § 1, *Sententia debet...*: 2, Determinare... quid pars damnata dare, facere, praestare *aut pati* debeat, *aut* a quo *abstinere*; itemque quo modo, loco vel tempore obligatio implenda sit (174). Cfr. Wernz, VI, n. 81. Cod. Pen. It., art. 185.

L'azione penale non può essere sospesa o sostituita da transazione od arbitrato per privata autorità, ma solo dietro accesso dell'autorità pubblica, giusta i canoni coordinati 1927, § 1, 1930. Quando ciò avvenga, debbono seguirsi le norme date dal diritto civile (nel luogo) vigente. Can. 1926. Nel diritto italiano gli arbitri per gli effetti della legge penale sono equiparati ai pubblici ufficiali; Cod. Pen., art. 359: « Le norme pel compromesso arbitrale vengono stabilite dagli articoli 8 a 34 del Cod. di Proc. Civile ».

Si chiamano, i delitti che possono cadere sotto arbitrato — d'*azione privata* — quelli, cioè, che, come fu detto, persegue il promotore di giustizia solo *a querela di parte*.

(173) Vedi anche Noval, *De process.*, n. 735, 749, che definisce l'*azione criminale*: « jus accusandi delinquentem seu persequendi in judicio crimen in ordine ad poenam vel infligendam vel declarandam uti incursam »; l'*azione penale*: « jus petendi in judicio executionem poenae », n. 376-377.

(174) « Monitore », 1922, pag. 87.

Il Carrara (*Progr. p. gen.*, I, cap. 11, § 549, pag. 351) dalla ragione che legittima in questo caso la posta in arbitrato « il minore interesse (dice) che ha la società nella repressione di codesti delitti ed il maggiore interesse che può avere il *leso*, a non dar loro una pericolosa pubblicità, *incatenano il movimento dell'azione* senza però cagionarne la natura e lo scopo ». Il fine, infatti, che si raggiunge nella sentenza arbitrale residua sempre alla reintegrazione dell'ordine sociale turbato dal delitto (175).

Si estingue l'azione *penale* come è detto ai canoni 2240, 1702, 1703, caduta *in prescrizione*, non per questo cade l'azione *civile*, connessa eventualmente, per la ripartizione dei danni: canone 1704. Vedi il Cod. Pen. It., articoli 198, 197, 196 (176). Prescritta, l'Ordinario può ancora adoperare i rimedi di cui il canone 2222, § 2, *che però non hanno ragione di pena*: canone 1704, 2. Vedi anche: S. C. Consist. Decr., *Maxima cura*, 20 Aug. 1910, canone 31, § 2; e *Pars tertia*, 1., IV, Cod. *passim*.

Nonostante che fosse pacifica nella dottrina la distinzione fra *azione prescritta* ed *istanza* giudiziale *perenta* (Lega, loc. cit., 310) entrambe giustificate dal principio Giustinianeo « *Ne lites fiant immortales* » leg. *Propemodum*, Cod. *De Iud.*) prima del codice, perché nel corso delle leggi canoniche l'istituto di tali prescrizioni, almeno espressamente, non era sancito, ma si mostrava, nella pratica, dal Giure Romano giusta il c. 1. X *De novi op. nunc.*, V, 32. « *Sacrorum statuta canonum Principum constitutionibus adjuvantur* » fu proposta la questione se fosse nel foro canonico doveroso e cogente ammetterlo. Fu la Curia di Lublino che presentò il quesito alla S. C. del Concilio; questa lo trasmise annotato allo S. C. EE. RR. e la risposta in data 22 marzo 1898 fu che « translatitii juris est in causis criminalibus ecclesiasticis locum habere praescriptionem ».

Tale risposta lasciò il dubbio circa l'*azione penale*, pure essendo chiara circa l'*istanza* o *azione criminale*. Così lo prospettava il Lega: « Praedictum decretum respiciebat tantum prescriptionem actionum criminalium non praescriptionem poenarum et proinde actionis poenalis; poenas autem non praescribi translatitii juris erat tum Romani tum canonici » op. cit., IV, lib. II, n. 180.

Ogni dubbiezza ora è tolta dal citato canone 2246, che dà alla prescrizione dell'azione penale i termini di quella dell'azione criminale e dice: « Ad praescriptionem actionis poenalis quod attinet, servetur dispositio canonis 1703 » (177).

2. *Actio civilis ad reparanda damna, si cui delictum damnum intulerit.* Delle molteplici azioni civili che il codice riconosce giusta il principio san-

(175) Latini, loc. cit., 238, c. 2, X, *De collusione detegenda*, V, 22. « Crimina semel audita, Gregorius, indiscussa nullo modo praeteribat etiamsi accusatus cum accusatore in gratiam rediisset » S. C. C. « Camerinen », 26 aprile 1796.

(176) La prescrizione in materia penale è *publici juris* e il reo non vi può rinunziare.

(177) Noval, op. cit., 374.

cito al canone 1667 — *Quodlibet jus... actione munitur* (178) — qui abbiamo la specie dell'azione civile *ex delicto* — al fine di riparare un danno che perciò è — *injuria datum*.

Amplissimo è l'ambito materiale-oggettivo del *damnum datum* nelle fonti stesse del diritto Romano. Abbraccia nella legge *Aquilia* anche e particolarmente la conseguenza del *fatto colposo* che ora non ci riguarda. È però della legge *Aquilia* associare la propria azione a quella nascente da un *delitto* (veri nominis) quando il semplice danneggiamento ingiusto riunisce in sé le condizioni di un danno nascente dal medesimo delitto. (Serafini, II, § 154).

Riconoscevano danno ingiusto da riparare le XII Tavole (VIII, 1, 4) nel « Carmem famosum, membri ruptio ossis fractio ecc. ». Il pretore diede maggiore ampiezza a questo elemento oggettivo con l'*actio aestimatoria* e aggiunse il *convicium*, le offese al pudore, e tutto che in generale « quod infamandi causa fit ». La legge *Cornelia* determina offese più gravi; alle note aggiunge altre figure, ad esempio, la *violazione di domicilio* (leg. *De injuriis*).

Negli ultimi tempi dell'impero è per lo più a ciascuno concessa la scelta fra l'azione criminale *extra ordinem* e la *privata* (determinata). Vedi Pernice, *Labeo*, II, 1, pag. 204.

Da ogni violazione criminosa del diritto altrui, può sorgere l'azione per il risarcimento, e quanti sono i delitti (179) altrettanti sono i motivi sufficienti per il legittimo intervento, a questo scopo, del ministero della legge. Dice il c. 2, X, *De off. Iud.*: « *Iudicis officium ubicumque pro actione proponitur*; veluti cum restitutio in integrum postulatur » (Windscheid, *Pand.*, II, 628).

Può essere legata al risarcimento la persona del delinquente: ad esempio, ritrattare una calunnia data; può trattarsi del ricupero di cosa; di indennizzo per conseguenze dannose dell'atto criminale. (*Inst.*, loc. cit.; e inoltre il Tit. VI *De actionib.*).

Un nesso causale deve legare gli effetti al crimine « Nemo damnum facit, nisi quid id fecit, quod facere jus non habet ». (Paul. l. 151 D. de R. I. 50, 17).

L'azione è *personale*, ma quando si tratti di ricupero di cosa o d'indennizzo di danni *materiali* è in *rem scripta*, perché imita l'azione *reale* (reipersecutoria) (180). L'azione non passa agli eredi se la prestazione imposta *attingit personam*; passa agli eredi se è di natura reale e il successore, *in universum jus*, dal delitto del suo primo *ditior factus est* (181). (Fr. 38, Dig. 50, 17).

Il canone 1922, § 2, concede quattro mesi per soddisfare l'obbligazione nascente da condanna in seguito ad azione personale esercitata, ed è fatta

(178) È singolarità del diritto canonico avere concessa la più ampia facoltà di *agire* in giudizio. Nel c. 6, X, *De Iud.* II-I, così Alessandro III: « Provideatis attentius ne ita subtiliter, sicut a multis fieri solet cujusmodi actio intentetur inquiratis... ». Cfr. Zallinger, *inst.*, II, 3, 84.

(179) Vedi Giustiniano, *Inst.* IV, 1, *De oblig.*, q. *ex delicto* nascuntur: furto, rapina, danno, ingiuria.

(180) Noval, loc. cit., 295.

(181) Ferrini, *Pandette*, 591. Vedi il caso di cui al canone 1534, § 1.

facoltà al giudice ridurre, § 3, questo termine o al bimestre oppure al semestre. Il canone 1923, § 1, ordina che si porti al minimo nocumento possibile al condannato, e si tenga presente il canone 122. Vedi i testi. Se si tratti di semplice ricupero di cosa, ad esempio, la furtiva, subito dev'essere restituita appena la sentenza o il mandato hanno raggiunto la loro perfezione legale, o si ha la *res judicata* in atto.

L'ammontare del risarcimento, giusta il senso del citato canone 1873, § 1, è opera del giudice, il quale però potrà per questo tenere nella debita considerazione ciò che venisse proposto dall'attore, parte lesa, a ricorrere, quando lo creda opportuno (can. 1792 ecc.), all'opera dei periti. Se potesse aver luogo *transazione* (cirt. can. 1927) si applicano le norme del diritto civile vigente, giusta il citato canone 1926. Cod. P. It., art. 185; Cod. Proc. Pen., art. 22 seg. (182).

Il Cod. It. di Procedura Penale all'art. 299 stabilisce che il giudice istruttore dovrà procedere ad ogni atto d'istruzione... anche « *per accertare i danni prodotti dal reato* se ciò è necessario per il giudizio sul reato stesso, su una circostanza, ovvero se vi è costituzione di parte civile ».

L'azione civile, di cui al presente, ha nelle fonti del diritto nostro molteplice principio. Basti il c. 1, X, *De injuriis et damno dato,* V, 36: « Si rixati, vi è detto, fuerint homines, et percusserit alter proximum suum, lapide vel pugno, et ille mortuus non fuerit, si jacuerit in lecto, qui percusserit, operas ejus, et impensas in medicos *restituat* ». Cfr. l. 32, C XXIII, q. 8, c. 22 X, *De sent. excomm.,* V, 39, ecc. Trid. Sess., XXV, *De ref.,* c. III, ecc.

La norma è genericamente espressa dall'articolo 1151 Cod. Civ. It.: « Qualunque fatto dell'uomo che arreca danno ad altri obbliga quello per colpa del quale è avvenuto a risarcire il danno » e dall'articolo 23 del Cod. di Proc. Pen.

§ 2. *Utraque actio explicatur ad normam canonum 1552, 1959 et idem judex in criminali judicio potest ad instantiam partis laesae civilem actionem ad examen revocare et definire.*

Le due azioni nascenti dal delitto raggiungono nel giudizio e nella sentenza definitiva (1868) la tutela del bene pubblico e del privato. L'azione penale nel giudizio criminale, la civile nel giudizio contenzioso (can. 1552). Per questo è detto:

Utraque actio explicatur ad normam canonum 1552, 1959. Vedemmo a chi spetti la pubblica accusa nell'azione criminale e ciò che sia riserbato al privato 1934-1935. Tutto il giudizio criminale dev'essere svolto seguendo le norme che si hanno per esso al Tit. XIX del lib. V *De process.* dal canone 1933 al canone 1959. In materia penale e criminale l'esatta osservanza della procedura concorre all'intervento del legislatore che è la difesa dell'ordine giuridico col minor possibile aggravio del delinguente (can. 1923-1924). « Odia sunt restringenda » R. 15, R. I. in VI.

(182) L'aricolo 26 Cod. Proc. Pen. It.: « ... l'azione civile già esercitata nel procedimento penale, non può essere più proposta in sede civile o amministrativa ecc. ».

...et idem judex in criminali judicio potest ad instantiam partis laesae civilem actionem ad examen revocare et definire.

Le due cause — *penale e civile* — sono connesse. La connessione si può avere per ragione: delle *persone che convengono* in giudizio (v. g. attore o reo): dell'*azione* o diritto controverso: del *titolo* o fatto che ha dato origine al processo (183). Qui evidentemente la connessione si ha per le persone e per il titolo. Attore (184) e reo in entrambe le azioni sono gli stessi e li collega lo stesso fatto: il delitto consumato dal secondo in danno *privato* del primo. (Cfr. « Monitore », 1922, pag. 87).

Quando consta della connessione, ha luogo il canone 1567 « Ratione connexionis seu continentiae ab *uno eodemque* judice cognoscendae sunt causae inter se connexae, nisi legis praescriptum obstet ».

Il presente canone all'adempimento di tal precetto esige precisamente l'*istanza della parte lesa*, e dà facoltà al giudice del processo criminale di accoglierla. Il Cod. It. di Proc. Pen. diversamente dispone, come al trascritto articolo 299 abbiamo visto.

Che si richieda l'istanza di parte si dimostra legittimo: 1° perché il danno appartiene a privato interesse; 2° perché è dietro l'istanza (can. 1732) che procede la causa e il giudice competente (can. 1608) non può rifiutare il suo ministero.

Bene al proposito il prof. Sole (op. cit., 53) (185): « Iure meritoque... *idem judex* ecc....; nam judex qui ex allatis et probatis in criminali judicio optime cognoscit quanta sit moralis imputabilitas delinquentis, facile ac recte sua sententia judiciali statuere potest, an et qua mensura damna illata resarcienda sunt » (186).

Il Cod. It. di Proc. Pen. determina, art. 22: « L'azione civile... può essere esercitata dalla persona alla quale il reato ha recato danno, ovvero da chi rappresenta la legge ecc.... ». Può esercitarsi anche separatamente avanti il giudice civile; in questo caso « il giudizio civile è sospeso, fino a che nell'azione penale, sia pronunciata la sentenza », art. 24, Cod. Proc. Pen. Vedi anche l'articolo 3, capov. 1-2.

Nel foro nostro è controverso se possa instituirsi azione civile, senza che la preceda la criminale. Nulla in contrario dispone il presente canone e stiamo per l'affermativa dato lo spirito della legge canonica che tutte le vie *ad agire* in giudizio, come sopra fu detto, vuole aperte, ed è meno che il foro civile legato alle forme, per il miglior rispetto alla naturale giustizia e a certi aspetti dell'esercizio della carità, anche in confronto al delinquente.

(183) Abbas, Gailus, ap. Reinfenstuel, h. t., § VII, n. 145; Lega, *De Iud.*, 347; Noval, op. cit., 88.

(184) Anche se pel promotore di giustizia *formalmente* nell'azione criminale. L'articolo 12 Cod. Proc. Pen. It.: « La querela non è più ammessa quando chi avrebbe avuto diritto di presentarla ha proposto davanti al giudice civile l'azione per le restituzioni... il danno... transazione ».

(185) Cfr. Sole, op. cit., 52.

(186) Cocchi, op. cit., IX.

Comunque, la cosa è universalmente ammessa quando si tratti di danni *ex delicto* contro il quale si procede solo a querela di parte; si nega quando si debba procedere d'ufficio. («Monitore», loc. cit.); cfr. i citati canoni 1934-1935 (187). Prevale il danno pubblico.

Nel c. XXI, *De off. et pot. Iud.* del. I, XXIX è stabilito, § 2, il principio di cui al presente canone: «Explorati... juris existit ut delegatis judicibus *quibus principale committitur et accessorium committatur*»; e al § 3: «Quod si excommunicatores malitiose distulerint, tunc delegati *eamdem jurisdictionem quam in principali in accessorio exercebunt*». Vedi anche c. 3, X, *De ordine cognitionum*, II, 10 ecc. e la Reg. 20, R. I. in VI: «Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur» ecc.

(*Continua*). M. Pistocchi.

NOTE E DISCUSSIONI

De ecclesiastico domicilio.

Pantaleon alienigena Neapolim petiit gravis negotii causa quod uno vel altero mense se fere expediturum putabat. Attamen ex pluribus inopinato sibi succedentibus difficultatibus cogitur invitus ibi commorari integrum fere annum.

Quaeritur num Pantaleon toto tempore quo Neapoli est commoratus, peregrinus, habendus sit.

Huic quaesito affirmative respondet d. Andreas Gennaro S. S. in *Perfice Munus* mensis Junii: «Quamquam enim in ea civitate per integrum annum commoratus est, tamen *invitus* commoratus est. Ergo defuit requisitus *animus perpetuo manendi* (ut domicilium acquireret) vel manendi *per maiorem anni partem* (ut quasi-domicilium acquireret).

Haec solutio mihi videtur esse nimis absoluta et quadam distinctione indigere. Si enim agitur de primo semestri, Pantaleon ceu peregrinus habendus, est sed post commorationem ultra sex menses Neapoli protractam quasi-domicilium sortitus est indep. a propria voluntate. Attento enim can. 95 duplici modo acquiri potest quasi-domicilium: vel commoratione in aliquo loco cum animo ibi manendi ad maiorem anni partem vel simplici commoratione ad maiorem anni partem protracta. In priore casu quasi-domicilium acquiritur a primo momento quo illa duo elementa – factum habitationis et intentio ibi manendi – simul verificantur; in secundo casu post sex menses in eodem loco

(187) Al qual proposito giova ricordare quanto è al cap. I, Tit. IV, lib. IV, *De processibus* dal canone 1646 al canone 1654. Per la dottrina vedi Reinfenstuel, op. cit., I, V, Tit. I, n. 1.

transacto; in priore casu ad intentionem attenditur dum in secundo casu ab hac intentione omnino praescinditur. « Quasi-domicilium *acquiritur* commoratione quae sit reapse protracta ad maiorem anni partem ». Legislator in hoc canone loquitur de quasi-domicilio acquirendo et hoc tantum de praesumptione quia secus praesumptio cedere deberet veritati.

Hinc Pantaleon primo semestri quo Neapoli est commoratus tanquam peregrinus habendus est; post sex menses ut advena quia ibi sortitus est quasi-domicilium.

Claritatis causa, non inutile esse censeo quasdam notiones tradere de domicilio et quasi-domicilio acquirendo et amittendo.

De domicilio voluntario acquirendo.

Domicilium voluntarium acquiritur a personis sui iuris commoratione in aliqua paroecia aut quasi-paroecia aut saltem in dioecesi, vicariatu apostolico, praefectura apostolica, quae commoratio vel coniuncta sit cum animo ibi perpetuo manendi si nihil inde avocet, vel sit protracta ad decennium completum.

Hinc hodie, aliter ac ante codicem, duplici modo acquiri potest hoc domicilium: vel per commorationem in aliquo loco cum animo ibi perpetuo manendi nisi causa quaedam inde avocet vel per commorationem ad decennium protractam. In priore casu domicilium acquiritur a prima die imo a primo momento quo illa duo elementa – materiale corporis et formale animi – simul concurrunt et verificantur. « Constituitur autem domicilium animo et facto . . . neque tamen requiritur diuturna habitatio, sed quamprimum quis ad locum pervenit animo ibi perpetuo permanendi incola censetur et domicilium ibi constituisse » (1). In secundo casu e contra domicilium obtinetur post decem annos in eodem loco transactos independenter a quacunque intentione contraria ibidem non permanendi. Haec commoratio decennalis in paroecia aut saltem in dioecesi nunc tribuit verum domicilium et non tantum constituit, uti ante promulgationem codicis, praesumptionem iuris quae cedere debebat veritati. Hoc clare eruitur ex can. 92: « Domcilium acquiritur commoratione . . . quae sit protracta ad decennium completum ». Et acquiritur et non tantum praesumitur.

Locus commorationis est ille ubi iuxta communem hominum aestimationem quis habitare censetur sive in propria domo sit, sive in domo conducta sive etiam in publico diversorio aut hospitio. Hinc domicilium non obtinetur in paroecia ubi quis invenitur ad modum visitantis et itinerantis vel ubi de omnibus seu mercaturae seu industriae rebus

(1) Pirhing, *J. Can.*, Lib. II, Tit. II, L. 12.

tractat, sed ubi palam cum familia sua inhabitat ac dormit, cum amicis suis epulatur et de cunctis familiae rebus tractat, ubi nempe lares constituit ibi dormiendo, familiam fovendo. Et cum constitutio larium sit praecipuum elementum in domicilio, qui in uno loco lares constituit, centrum nempe constituit vitae privatae et domesticae et in altero constituit tantum officinam, negotiationem aut partem, licet ingentem, fortunarum suarum, in priore tantum loco dom. sortitur (2).

Praeter factum commorationis requiritur intentio ibi perpetuo manendi si nihil inde avocet. Qui animus commorationis perpetuae non excludit quominus quis possit discedere quotannis per aliquot menses, dummodo habeat intentionem redeundi: physice absens e loco domicilii censetur ibi moraliter praesens. Sic propter istam praesentiam moralem potest quis simul habere duo, tria imo etiam quatuor domicilia. Haec sententia quae hodie ab omnibus admittitur, ante promulgationem codicis ab aliquibus negabatur. Sic d. Sosio d'Angelo: « Diciamo francamente che non ci pare possibile che uno possa avere più di due veri domicili reali, pur ammettendo che con i due possa concorrere il quasi–domicilio in un terzo luogo. È vero che il tempo della dimora in un luogo non deve considerarsi sotto l'aspetto matematico per cui la eguaglianza o meno della dimora in due o più siti deve desumersi più dalla causa di essa che dalla sua continuità ma non è men vero che l'animo di rimanere perpetuamente nel luogo di abitazione, elemento essenziale per costituire il domicilio, non può dividersi, per dir così, per più luoghi fino a tal punto da rendere quasi nulla la perpetuità, sia pur morale, dell'abitazione in quel luogo ». Sententiam contrariam defendebat Wouters: « Potest aliquis habere duo imo plura domicilia realia ». Hanc doctrinam amplexi sunt AA. post promulgationem codicis.

Nullomodo requiritur voluntas absoluta manendi in perpetuo in paroecia vel dioecesi sed sufficit voluntas affecta conditione « si nihil inde avocet », quae, cum resolutiva sit, effectum non suspendit et domicilium statim obtinetur. Si e contra, conditio est suspensiva « manebo si tale officium assequar », domicilium non obtinetur nisi verificata, purificata conditione.

Ab acquisitione domicilii sedulo distinguenda est probatio domicilii quae pro obiecto habet duplex elementum: factum habitationis et animum manendi. De facto commorationis facile constare potest sed de intentione, quae latet in penetralibus humani cordis, exterius constare debet vel expressa declaratione ipsius commorantis, vel ex adiunctis et motivis commorationis etc.

(2) Cfr. S. R. Rota, Causa Parisien, 24 Martii 1911 et responsum S. Congreg. *Si quis.*, ad Em. Card. Quibert Arch. Parisien, die 12 Maii 1875.

Independenter a quacumque intentione obtinetur domicilium post decem annos transactos in eadem paroecia aut saltem in diversis paroeciis sed intra fines eiusdem dioecesis. Ista commoratio decennalis debet esse moraliter continua cui continuitati non nocet quod quis peregrinationis, negotii causa etc. discedat per aliquod tempus more aliorum incolarum et sicuti isti non amittunt domicilium simplici discessu cum animo tamen redeundi, ita illi non amittunt factum habitationis moraliter continuatae. Nec dies intermissi necessario supplendi sunt ut tenet P. Blat ex analogia cum anno noviciatus, quia noviciatus invalide extra domum peragitur ita ut novicius qui de licentia superiorum vel vi coactus extra domus septa inveniatur sub superiorum obedientia, non censeatur moraliter praesens etiamsi intentionem habeat redeundi. Si quis e contra e loco domicilii discedit cum animo revertendi, idem censetur esse moraliter praesens.

De domicilio necessario acquirendo.

Hucusque locuti sumus de domicilio voluntario quod omnes et solae personae sui iuris, utpote solae habentes velle et nolle, possunt facto proprio et voluntario acquirere: « Unicuique autem ius est ubicumque maluerit domicilium eoque magis quasi-domicilium constituere, ideoque etiamsi videatur id facere in fraudem alicuius aut legis, quia nemo in fraudem agit qui iure suo utitur » (3). Sed praeter hoc domicilium voluntarium datur aliud domicilium, nempe domicilium necessarium quod personae alieni iuris mutuant ab illa persona sub cuius potestate inveniantur independenter a propria intentione et actuali commoratione: ipse legislator supplet defectum commorationis et intentionis. Hoc domicilium durat quamdiu durat status illius cui lex assignat domicilium, durat quamdiu durat vinculum cum illa persona, cuius domicilium ex dispositione legis, persona alieni iuris participat. Hoc domicilium necessarium ab aliis mutuatum in hisce casibus verificatur:

a) Uxor, a viro legitime non separata, necessario retinet domicilium viri sui, sed potest obtinere proprium quasi-domicilium.

Uxor est illa quae matrimonium validum celebravit iuxta leges ab Ecclesia praescriptas. Eadem iura et privilegia tribuuntur uxori ex matrimonio putativo. Uxor censenda non est illa quae vivit in concubinatu aut quae matrimonium tantum civile attentavit; nec ex intentione perpetuo vivendi cum tali viro amittit proprium domicilium et novum sortitur quia haec intentio, utpote immoralis, non potest iuridice

(3) D'Annibale, *Summa Theol. Mor.*, I, 85.

haberi; post decem annos sortitur domicilium quia in hoc casu praescinditur omnino ab intentione. Ita P. Cappello.

Eatenus uxor potest obtinere proprium ac distinctum domicilium quatenus effecta sit sui iuris morte mariti aut separatione legitime facta ad normam iuris. Attentis cann. 1129–1130 nullus requiritur interventus iudicis in casu adulterii sed coniux innocens, manente vinculo, ius habet solvendi propria auctoritate et in perpetuum, vitae communionem et sic obtinere proprium domicilium. In aliis casibus interventus tribunalis ecclesiastici omnino requiritur ita ut non sufficiat ex se sententia tribunalis civilis. Item, a iudice ecclesiastico debet uxor, a viro malitiose deserta, obtinere separationem perpetuam aut ad tempus indefinitum ut sic possit, cessante subiectione erga maritum, sortiri proprium domicilium. Ita Pontif. Commiss. C. J. 14 Julii 1922.

Quae hucusque dicta sunt de uxoribus, non applicantur desponsatis quia « ea, quae desponsata est, ante contractas nuptias suum non mutat domicilium »; imo mulier, quae intuitu matrimonii discedit e loco domicilii, hoc domicilium non amittit nisi post celebrationem matrimonii, quia tunc tantum censetur relinquere propriam familiam, patrem et matrem, fratres et sorores ut cum viro cohabitet, cum eo fiat una caro et sic ex ea unione nova familia exsurgat. Quare merito iam Antoninus et Verus rescripserunt mulierem, quamdiu nupta est – i. e. matrimonio celebrato – incolam eiusdem civitatis videri cuius maritus eius est ».

Item non applicantur uxoribus in matrimonio conscientiae quia etsi sint vere uxores coram Deo et Ecclesia, tamem, propter legem saeculi, non sunt tales coram societate christiana. Ita P. Oietti.

b) Minor sequitur domicilium illius cuius potestati subiicitur; infantia egressus potest obtinere proprium quasi–domicilium.

c) Absens sortitur domicilium curatoris et cum non posset propria voluntate constituere proprium quasi–domicilium, illud videtur obtinere posse per simplicem commorationem ad semestre proctratam.

Praeter hoc domicilium necessarium quod simul est mutuatum, datur aliud domicilium necessarium sed proprium et personale. Hoc domicilium assignat legislator:

a) Beneficiato in loco beneficii;

b) Religioso in loco conventus cui adscriptus est;

c) Cardinalibus qui tenentur residere Romae. Cardinales vero qui sunt Episcopi alicuius dioecesis non suburbicariae, lege residendi in Curia eximuntur;

d) Coniectis in perpetuum carcerem in loco carceris;

e) militibus in suis praesidiis stabilibus.

De amissione domicilii liberi et necessarii.

Domicilium liberum amittitur discessu e loco domicilii cum animo non revertendi: quae duo elementa – factum habitationis et animus permanendi – sicuti cumulative requiruntur ad domicilium obtinendum ita cumulative requiruntur ad illud amittendum: « Omnis enim res, per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur ».

Hinc discessus e loco domicilii cum animo tamen redeundi non constituit amissionem domicilii, etiamsi absentia protrahatur ad menses et annos; « . . . neque talis ad plenum domicilium habitatio postulatur, ut nequeat qui domicilium plenum acquisivit, per menses et annos abesse; nam absentia, licet per plures annos protracta, non extinguit domicilium, modo absens non abierit consilio non revertendi, animumque redeundi teneat » (4).

Item mulier quae e loco domicilii discedit intuitu et conditione futuri matrimoni, illud primum domicilium non amittit nisi quando, per matrimonii celebrationem, novum acquirit (5). Ratio est, quia illa conditio, utpote suspensiva et non resolutiva, effectum suspendit. Si vero cum discessu habetur voluntas absoluta non revertendi, domicilium statim amittitur.

Domicilium necessarium – proprium vel mutuatum – amittitur si cessat status cui lex illud assignat domicilium. Hinc in casu personae alieni iuris si solvitur vinculum cum persona sui iuris a qua dependet, si nempe uxor a viro legitime est separata, minor factus est maior vel emancipatus, amens sanatus; si agitur de domicilio necessario personali quando v. g. beneficiatus amittit beneficium vel religiosus ad aliud monasterium transfertur etc. Nihil tamen impedit quominus domicilium necessarium – proprium vel mutuatum – postea convertatur per factum proprium et voluntarium in liberum.

De quasi-domicilio acquirendo.

Uti domicilium ita etiam quasi-domicilium duplici modo acquiri potest: vel commoratione in aliquo loco coniuncta cum animo ibi manendi ad maiorem anni partem vel simplici commoratione ad mariorem anni partem protracta.

In priore casu quasi-domicilium acquiritur a primo momento quo utrumque elementum – factum et animus – simul verificatur; in se-

(4) Van de Burg, *De Matrim.*, L. 228.

(5) S. R. Rota. *Causa Ravennaten*, 15 Maii 1911; *Causa Parisien*, 27 Jan. 1912 et 5 Maii 1914.

cundo casu quasi-domicilium acquiritur post commorationem semestrem moraliter continuam ita ut haec commoratio non interrumpatur discessu per plures hebdomadas nec dies intermissi supplendi sint. Post mensem intentio iure praesumitur, quae praesumptio cedere debet veritati.

Olim quaestio agitabatur inter AA. de tempore requisito ad quasi-domicilium inducendum. Quidam (v. g. Schmalzgrüber) aliquot menses exigebant, alii (v. g. Sanchez) tempus non breve dum Reiffenstuel mariorem anni partem. Hanc ultimam sententiam canonizavit *Instr.* S. Officii diei 7 Junii 1867 ad Episcopos Angliae et Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis; idem fecit codex noster.

Silentio praetereundum non est quasi-domicilium voluntarium, aliter ac domicilium voluntarium, posse acquiri tum a personis sui iuris tum a personis alieni iuris usum rationis habentibus.

Disputant AA. utrum praeter hoc quasi-domicilium voluntarium admittendum sit necne quasi-domicilium necessarium. De quasi-domicilio necessario sed personali nulla est controversia quia si quis v. g. ad poenam luendam detruditur in carcerem ad maiorem anni partem ibi sine dubio obtinet quasi-domicilium. De quasi-domicilio necessario ab aliis mutuato AA. non concordant. Quidam (v. g. Maroto) affirmant propter specialem subiectionem personae alieni iuris; persona sui iuris domicilium et quasi-domicilium obtinet tum pro se tum pro suis subditis. Quidam (v. g. Vermeersch) negant propter silentium codicis quod non est nisi voluntarium: legislator enim tribuit uxori et minori infanti egresso ius acquirendi proprium quasi-domicilium. Omnes tamen admittunt uxorem et minorem participare profecto quasi-domicilium illius a quo dependent si vir vel curator habeat tantum quasi-domicilium et nisi ipsi obtinuerint quasi-domicilium proprium.

De amissione quasi-domicilii.

Quasi-domicilium liberum amittitur discessione e loco cum animo non revertendi vel, iuxta plures, discessione cum animo alicubi manendi per maiorem anni partem quia nemo potest eodem anno in diversis locis manere ultra sex menses.

Quasi-domicilium necessarium amittitur si mutatur status cui lex hoc item assignat quasi-domicilium, ut iam explicavimus.

De domicilio et quasi-domicilio parochiali vel diœcesano.

Hucusque locuti sumus de domicilio et quasi-domicilio acquirendo vel amittendo. Acquiruntur commoratione in aliquo loco cum animo ibi manendi in perpetuum vel ad mariorem anni partem aut simplici commoratione ultra decem annos vel ultra sex menses protracta. Amit-

tuntur discessu e loco cum animo revertendi. Sed quisnam est hic locus in quo aliquis potest iuridice commorari ut sic obtineat domicilium aut quasi-domicilium ? Est ne tantum paroecia vel potest esse etiam dioecesis ? Ante codicem domicilium et quasi-domicilium dioecesanum communiter negabatur. Sic Oietti « Domicilium iure canonico constituitur habitatione in paroecia, non in dioecesi ». Atque Bernasconi: « Se poi esaminiamo la legislazione canonica, possiamo dalla medesima bene arguire che non si concepisce il domicilio se non nella parrocchia ». Item Sosius d'Angelo: « Come adunque in diritto si aveva considerazione del Municipio e nel civile vigente del Comune non già della Provincia, così anche il diritto canonico, per gli effetti del domicilio, ha voluto tener presente l'infima divisione territoriale che è la parrocchia ». S. R. Rota pluries hanc doctrinam confirmavit, ita v. g. in RAVENNATEN. 15 Maii 1911. « Iuxta autem canonicum ius, domicilium vel quasi-domicilium constituitur habitatione in paroecia, non in dioecesi; prout, iure civili, constituitur habitatione in communi, seu municipio non in provincia ».

Contra hanc communem canonistarum sententiam scripserunt Card. Gennari, P. Bucceroni atque Alberti. Legislator feliciter solvit hanc controversiam. Attento enim can. 92, § 1 et § 2 domicilium et quasi-domicilium acquiruntur commoratione in aliqua paroecia aut quasi-paroecia aut saltem in dioecesi, vicariatu apostolico, praefectura apostolica. Hinc si locus habitationis est paroecia vel quasi-paroecia habetur domicilium vel quasi-domicilium paroeciale; domicilium vel quasi-domicilium dioecesanum si quis vagus relate ad paroecias manet in territorio dioecesano, in vicariatu apostolico vel in praefectura apostolica.

De pluralitate domiciliorum.

Ut liquet ex dictis, nihil impedit quominus quis possit habere duo, tria imo etiam quatuor domicilia libera. Concurrentia vero domicilii liberi cum necessario ab aliis mutuato videtur excludi can. 93 quia hoc canone legislator uxori a viro legitime non separatae et minori infantia egressi, tribuit ius acquirendi tantum proprium quasi-domicilium. Domicilium tamen necessarium personale potest componi cum domicilio libero; puta si quis in carcerem coniectus ultra decennium habet intentionem revertendi ad proprium domicilium.

Item potest quis cum domicilio libero habere etiam quasi-domicilium liberum, et cum quasi-domicilio necessario sed personali cumulare domicilium vel quasi-domicilium liberum.

Disputant AA. de concursu quasi-domicilii necessarii mutuati cum quasi-domicilio libero. Sed adhuc acrior est controversia de duplici quasi-domicilio libero, utrum nempe possit quis praeter quasi-domi-

cilium liberum sortiri aliud quasi-domicilium liberum. Quae controversia, iam ante codicem agitata, nondum dirempta est promulgatione codicis. Quidam (v. g. Maroto) affirmant quia discessus e loco quasi-comicilium cum animo revertendi non constituit amissionem quasi-domicilii etiamsi habeatur intentio manendi alicubi per maiorem anni partem et suam sententiam confirmat ex redactione can. 95 in ultima editione codicis. In prioribus namque ita redactus erat: « Domicilium et quasi-domicilium amittitur discessione a loco cum animo non revertendi salvo praescripto can. 7 (cui nunc respondet can. 95). Quasi-domicilium autem amittitur quoque discessione e loco per sex menses completos, non obstante revertendi animo ». Ex quo patet – addit P. Maroto – amissionem quasi-domicilii aequiparatam esse amissioni domicilii.

Alii e contra (v. g. P. Vermeersch) respondent cum distinctione: affirmant cum cl. Maroto si agitur de novo quasi-domicilio acquisito simplici commoratione ad sex menses protracta; negant vero, et merito quidem, si agitur de quasi-domicilio acquirendo cum intentione ibi manendi ad maiorem anni partem quia nemo potest habere hanc intentionem manendi eodem anno in duobus locis. Et haec erat ratio quae movebat Auctores ante promulgationem codicis ad sententiam negativam amplectendam. Audiatur inter alios Card. Lega: « Cum quasi-domicilium expostulet habitat. productam ad maiorem anni partem, patet neminem posse habere duobus in locis quasi-domicilium ». Ita etiam P. Wernz, P. Oietti, Card. Gasparri contra Wouters, Vlaming, Boudinhon.

Verba quae dempta erant nihil probant. Demi enim debuerant quia nimis absoluta erant. Quasi-domicilium acquisitum simplici commoratione ad sex menses protracta componi potest cum quasi-domicilio libero.

De effectibus domicilii et quasi-domicilii.

Sive per domicilium sive per quasi-domicilium suum quisque parochum et ordinarium sortitur; illorum qui non habent nisi domicilium vel quasi-domicilium dioecesanum parochus proprius est parochus loci in quo actu commorantur. Quod attinet ad vagos, proprius parochus vel ordinarius est parochus vel ordinarius loci in quo acta commorantur. Haec omnia scripsimus, salvo meliori iudicio.

Don Salv. Farrugia.

Direttore responsabile: Mons. Silvio Romani

Imprimatur: † Joseph Palica, Archiep. Philippen., *Vicesgerens.*

Roma - Tipografia del Dott. Giovanni Bardi - Salita de' Crescenzi, 16